1482 ure Coniuges

Piwko Pocillatorem Præmisliensem quietat

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren
203 Capitaneal. Premisliens. Generosi Nicolaus Piwko de Charowi
ce et Cecilia Sobieszowska Coniuges legitimi Sanis mentibus
et corporibus existentes. A Terris Districtibus Juribus Juris
dictionibus Suis quibusvis propriis et competentibus rece
dendo praesentibus vero Castrensi Capitaneali Juris ditioni se cum
Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenari
e quo ad hunc Actum attinet incorporando atque Subjicien
do palam libere publice ac per expressum recognoverunt et
quilibet illorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et
quidem Consors cum praesenti Mariti sui ibi Sutoris Coniuga
lis authoritate et assistentia atque Idoneo ad infrascripta re
quirenda consensu Generosum Martinum Constantinum a Bie
cin in Kraszczyn Kraszicki Pocillatorem Terrae Premisliens
cuiusque posteros de Summa Septem Millium Quingentorum
Florenorum polonicorum sibi Recognoscenti per eundem Generosum Po
cillatorem Premisliens. Intercisa certa inter se Recognoscen
tes ab una et eundem Pocillatorem Premisliens. parte ab
altera ratione eiusdem Summae tum et certarum rerum et
Conditionum in eadem Intercisa contentarum de Actu illius
hic Premisliae feria tertia post festum Sanctae Agnetis
Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sex
centesimo Sexagesimo confectae et conscriptae Manibus sui
Recognoscentium atque eiusdem Generosi Pocillatoris Ter
rae Premisliens. et Helisabethae de Białobole Consortis
eius propriis subscripta et Actis Terrestribus Premisli
ensibus seu aliis quibusvis authenticis Regni cum interpositione
vadii

vadii septem Millium et quingentorum florenorum polonicorum robo
rato. Nec non de eadem ipsa Intercisa, eiusdemque Intercisae
roboratoria Inscriptione atque inscriptione obligatoria factam
Actis quibusvis authenticis Regni super eandem summam
septem Millium et quingentorum florenorum polonicorum inscri
pta et recognita ad eandem Intercisam seu provisio
de referente, quietant emittunt liberumque et absolutum
perpetuo pronunciant, Intercisamque factam eiusque Inscri
ptionem roboratoriam atque obligatoriam cum omnibus ei
usdem punctis et conditionibus in toto et per omnia cas
sant mortificant et annihilant sibi suisque posteris ratione
praemissorum perpetuum imponendo silentium. Salua nihi
lominus hypothecatione pecuniae ad festum Sancti Adalberti
necnon conditione eiusdem Intercisae pleno in robore sibi
Recognoscentibus reservata. 203

Zebrowski Fratri suo et Conuentui Praemisliensi S. Dominici Roborat

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Ca
strensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Stanislaus Zebrowski
Sanus mente et corpore existens. A Terris Districtibus ac
nibus Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus
recedendo praesentibus vero Castrensi Capitaneali Jurisdictioni
quo ad hunc Actum obtinet se cum successoribus ac bonis
suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque
subijciendo palam libere publice ac per expressum recog
novit, Quia ipse se ac suos successores in et super bonis
suis generaliter omnibus summisque quibusvis pecuniarijs ha
bitis et habendis inscribit et obligat praesentibus scriptum
certum